Et si homo in statu in-
nocencie permansisset sine diffi-
cultate aliqua celum intrasset
Unde Gregorius Ad hoc in paradiso
homo positus erat ut si se
conditoris sui obediencie vinculo
caritatis astringeret ad celestem
patriam sine morte carnis
transiret Sic namque immorta-
lis est conditus ut si non pecca-
sset eciam mori non potuisset
Nunc autem quia peccatum eie-
cti sunt a deliciis paradisi in
exilium huius mundi Ideo per
multas tribulaciones oportet ad gloriam
Ad hoc designandum posuit
dominus ante paradisum Cherubin
et flammeum gladium Gladius
enim ille sunt et passiones
vite presentis de quibus dicitur
in psalmo 33 Multe tribulaciones
iustorum et de omnibus hiis
liberavit eos dominus Et hoc
est plenissime quod celeste
paradisum intrabimus qui est
locus omnium gaudiorum et deli-
ciarum Unde Bernhardus in sermone
Locus ille scilicet paradisus locus
voluptatis est ubi torrente voluptatis
potantur iusti locus splendoris
ubi iusti fulgebunt sicut sol
locus habitacionis ubi nichil deest
videntibus deum Locus suavitatis
ubi apparet dominus suavis in univer-
sis locus pacis ubi in pace
factus est locus eius locus admira-

bilis ubi sunt mirabilia opera eius Locus
sacietatis ubi saciabuntur cum appa-
ruerit gloria eius Locus visionis
ubi videbitur deus deorum in Syon
Locus leticie ubi leticia sem-
piterna super capita eorum Et
venient ad eam partem illius
montis Sciendum est
omnes passiones huius tem-
poris non sunt condigne
ad futuram gloriam Eciam si in
uno homine confluant omnes
passiones preteritas presentes et futuras
Et ut ~~luce ut luce~~ luce videtur
Sciendum quod passiones huius
temporis Primo sunt modice
illa vero gaudia immensa Sap.
3° In paucis vexati
in multis bene disponentur
Quia sicut gutta ad totum mare
sic sunt passiones huius temporis
ad futuram gloriam Secundo quia hec
sunt in loco calamitatis et mi-
serie mundo isto qui est locus tristicie
quod dicitur vallis lacrimarum Unde
Augustinus In hac valle miserie sumus
in qua magis flendum est
quam minus flemus Unde et G-
regorius super Ezechielem Et videmus
Et in hoc mundo nos liberat
ubique luctus inspicimus ~~undique~~
~~gemitus~~ undique gemitus audimus
destructe urbes eversa castra
depopulati agri in solitudinem
terra redacta alios in captivitatem
duci alios detruncari videmus